humilians et amor male inflammãs. Triplex fomen
tum eſt concupiſcentia carnis et occulorum et ſuper
bia vite. Septiforme caput eſt ſupbia inuidia/acci=
dia/ira/auaricia/gula/luxuria. Inter que ſunt q̄nq̄
peccata ſpiritualia ⁊ duo carnalia. Cū aūt peccatum
mortale nō ſit aliud q̄ȝ receſſus a deo per ipſius cōtē
ptum in ſe vel in ſuo precepto. Cōtempt⁹ autē dei ſit
ſuperbia Igitur neceſſe ē vt oīs peccati mortalis cul
pa ſumat initiū a ſuperbia. Quia vero null⁹ cōtēnit
deum vel ſuum p̄ceptum niſi quia aliq̄d ab ipſo timet
perdere aut vellet acquirere. Ideo oȝ ꝙ omne pctm̄
actuale trahat originem ab hac duplici radice aut a
moris aut timoris. Omnis autem timor habet or=
tum ab amore quia nullus timet perdere niſi quod a=
mat et ideo amor ⁊ timor ab eodem fouentur. Et q̄a
amor inordinatus eſt reſpectu boni temporalis et il=
lud eſt interius extollentia et exterius pecunia infe=
rius laſciuia carnis. Ideo tria ſunt fomenta peccato
rū ⁊ viciorum actualium et radicalia duo ad que dū
aīa inordinate fertur omnia peccata actualia inordi=
natur. Et quia hoc ſit ſecundum ſeptiformē modū iō
ſunt ſeptem peccata capitalia ex quib⁹ generatur di
uerſitas peccatorum.

Peccatum in ſpiritum ſanctum

Quamuis oē peccatū ſit extra deum trinum et
vnum appropriatur tm̄ aliquod pctm̄ eſſe impa
trem aliquod in filium et aliquod in ſpiritum ſanctū.
¶ Peccatum autē in ſpiritū ſanctum eſt iremiſſibile

in hoc ſeculo et in futuro. Non quia in hoc ſicut non
poſſit dimitti ſed quia nõ dimittitur niſi raro aut vix
in hoc ſeculo q̃ꝫtum ad culpam ⁊ modicum in futuro
q̃ꝫtum ad penam. Huius aũt pcti ſex ſunt differẽtie
Inuidia fraterne gratie. impugnatio veritatis: agni
te. deſperatio. preſumptio obſtinatio: finalis impnia
Primum eſt contra caritatem dei. inq̃ꝫtum dolet ꝙ
dñs deus eſt bonus: qui etiam bonitate ſua dat gra=
tiã et eſt cõtra caritatem proximi. Secundum eſt cõ/
tra veritatem fidei que eſt fundamentum noſtre ſalu=
tis Tertium eſt cõtra aiam dei. quia credit ſe plꝯ pec
caſſe q̃ꝫ deus poſſit parcere. Quartum eſt contra iu
ſticiam dei: quia tantum p̄ſumit de miſericordia dei:
ꝙ credit ſe non debere punire de peccatis: ⁊ per hoc
ſe relaxat ad peccandum ⁊ penitere non curat. Qui
tum eſt contra grattiam penitentialem que facit reſili
re a peccatis commiſſis Sextum eſt cõtra gratiã pe
nitentialem que facit p̄cauere a cõmittendis ſcd̃m ꝙ
ipſa finalis in penitentia dicitur ꝓpoſitum nõ peni=
tendi ſic enim eſt ſpecies peccati ĩ ſpiritũ ſanctu in ſe
cũdũ autem ꝙ finalis impenitentia dicit cõfirmatio=
nẽ peccati vſq; in finem: ſic eſt ſequala omniũ morta=
liũ peccatorum que in hac vita non remittuntur Et
ſi omne peccatum initium ſumit a ſuperbia ⁊ finem
habet a finali impenitentia in quam qui deuenit pu=
nitur in gehenna a qua finali impenitentia nullꝯ pec
cans mortaliter p̄t liberari niſi interueniat gratia me
diatoris chriſti.

Peccati deſcriptiõ. Ca. xxvi